

AD M. LUTHERVM.

ipsum transponant, quæ utiq; illud deferre debent, ad animum & spiritum?

Sed quod scribit Oecolampadium nulla alia cogitatione id operis adgressum, quam satis est, contra scribere, argumenta diluere non est opus, uulgus deniq; credet nobis, &c. quanta quæso impudentia est? Si etenim Antisyngamma Oecolampadij legit, quo ut facile erat, illorum commenta, ordine confutata sunt, nescio quid dicam, qd' tãto acumine præditus nõ uideat qd' nemo nõ uidet, Certe cõtra patentẽ etiã sibi ueritatẽ, ita furere, nondũ in animum induxi, ut credam. Si non legit, & ad aliorũ præiudicia, ita pronunciat, deslenda uere est, uiritanti incogitantia. Quicquid sit, nolo enim aperta eius iniquus iudicare, cum ipse permiserit sibi, de corde pronunciare, uenerãdi sibi, nõ ita proscidendi, nolo nũc plus dicere, fratris, fidiq; adeo Christi serui. Orandus Deus est, ut grauiissima hac tentatione Lutheri animum liberet, & ut omnium electorum corda tueatur, ne propter hæc humana, Deum in ipso contemnant. Nam ipsi longe uerisimilius, ista cogitatio, satis est cõtra scribere &c. tribui posset, qui nihil adco ad nostra argumenta, nisi conuitia respondet. Sed est, hoc tempus, quo Deus Lutherum, hominem declarat.

RESPONSIO AD SEPTIMVM.

Hic mea res agitur. Calumniatur Lutherus me in præfatione dicere. Miracula CHRISTI fuerunt talia, ut cum diceret, hoc est illud, mox quoque sensibile fuerit, igitur & CHRISTI corpus oportere esse

VII.